

*sub finem adde succi limon. ℥ ii. f. iulepus.*  
 Verum confici possunt eiusmodi iulepi vel ex aquis solis cum saccharo, vel ex solis succis.

Ad alui profluum vel hæmorrhagiam fiunt ex aq. rosar. succo granatorum, cytoniorum, berberis, vel etiam ex aq. plantag. polygoni, portulacæ cum saccharo rosat. ex infusione quinetiam florum hoc modo: Macerantur flores violarum in aqua, in quam toties violæ recentes coniiciuntur, quoties libet. e. g. Ad catarrum tenuem in pulmonem delabentem & materiæ delapsæ expectorationem

℥. Flor. violar. & tußilag. an. ℥. ss.

*macerentur in s. q. aqua, dein exprimantur, denuo recentes infundantur, aliquoties, coquantur cum s. q. sacchari. f. iulep.*

cuius ℥. i. ss. dilui potest cum aq. hordei & ita exhiberi iis, qui in phthisin sunt proni: Vel læpius in die per se ℥. i. exhibeatur.

Fiunt etiam iulepi ex syrupis dissolutis, vel in decocto conuenienti, vel in aquis stillatitiis, vt:

℥. Syrupi violat. ℥ ij.

*syrupi de tußilag. ℥ j. misce.*

Huius mixtionis ℥ i. in tribus vel iij. ℥. aq. hord. vel decocti pectoralis diluatur; Vel hoc pacto:

℥. Aquar. endiu. scariol. acetos. an. ℥. iij.

*syrupi de endiu. ℥ ij.*

*de acetos. ℥ j. ss.*

*de limonib. ℥ j. misce pro iulepo.*

qui tribus matutinis in ardore bilis exhibetur. Communiter solent Medici ad quamlibet potionem iulepi tabellam morbo conuenientem exhibere,

bere,